2.
VII, 201.
281

S. Magdalena nostra enixa est puerū masculū, eiusq[ue] ut
ferunt eximii situ et elegantē, Cū cognatis tui, uiuentis, et confiteri
necessariū habiti, agnoscere ipsū se pueri patrē esse. Verū quid delibera
rint inter se nō dū mihi constat, ~~eo quod~~ utrū prouidere puero apud
Louffenses uelint. (quod mihi consultissimū uideret[ur]) an eū rectâ
ad patrē transmittere. per cetera nō arbitror periculū fore. ut inde
pellat[ur], postq[uam] admoniti sui hic Reip[ublicae] p[rae]ceres. et illic Verbi mini
stri. quorū speramus patrocinio tutā fore. Tibi gratiā ingentē habe-
mus pro singulari pietatis officio, erga miserā et derelictā. 5
Ex Italia accipimus. lethaliter aegrotare Pontificē max. nec spē
uitae superesse. et quāq[uam] eius mors turbas est, indubie datura, hoc
max. tempore, tamē quo sit allatura Ecclesiae relaxationē nō uideo
quia etiā mortuo Julio tertio nō moritur Papa et Antichristus
donec conficiatur spiritu oris Dni, et aboleatur claritate aduentus sui.
Dux florentinus Januensib. se coniunxit. hostis et ipse iā a Gallo
declarandus. In Corsica recuperanda int. dū consiliū esse a Januensib.
aiunt. et uelitari conflictu, detrimētū accepisse. Ex Germania
nulla speratur pax. Nam Albertus subinde uires resumit. et
Antagonista H. Brunsuicensis oppressionē ciuitatū Sueuicar[um]
minatur ~~qu~~ a q[ui]b. ingentē pecuniar[um] uim exigit, nisi hostilitatis
eius arma pro moenib. experiri uelint. Sed et Pfaffi aliquot
Sueuici. (Consules arbitror, Abbates) dicit, turbas moliri. ~~et~~ ut
in Summa [per] Latū et Arnoldū significatur. undiquaq[ue] motus
et bella ~~in~~ pernitiosa cient. Interea Hispani caluinatim ~~in Ger~~
~~maniā~~ aduentant. tertiū Germaniae flagellū. indignationis diui
nae ~~[illegible]~~ argumēta oīa uel maxīe conspicua. quā utinā sic
acciperent. ut de occurrendo [per] ~~[illegible]~~ poenitentiā serio cogitaret[ur].
Sed nescio q[uo]s fatalis stupor nos occupauit. ~~[illegible]~~ ut ne Arcanas

quod satis perspiciant, nedum [illegible] causam. Nos ~~[illegible]~~ et affli-
cti sumus ff 4 visitatione Dni. in confratre nro Lycosthene, organo
vere sancto, et vaso dei singulari. dulcissimo meo pectore. qui paralysi
tactus, die hesterna, linguae lateris(que) dextri usu penitus destituitur.
nec (nisi miraculo nos respicere velit Dnus) ad functionis administrationem
restitui posse videtur, qualibet aetate adhuc integra, hoc est, anno suae aetatis 35°. Hanc
iacturam facit inaestimabilem nra Eccla. in huius hominis occasu, in quo doctri-
na singulari, summa fides, mansuetudo, comitas humilitasque certarunt.
diceres eum ex candore et gratijs totum esse conflatum. ~~Cum~~ Ego
fere simile quid his dieb. expertus sum. adeo gravib. duob. paroxysmis concussum
caput fuit, nocte una. sed resolutione per sudorem facta a Dno
restitutus. ut praeter raucedinem ex eo malo reliquum nil sentiam incommodi.
Vale vir dei, mihi ex animo colende. cum D. ux. quam meo et uxoris
meae nomine cupio salutes. petit item mea coniux ut boni consulas
scriptionem ineptam. et saepe scribas et ad ipsam, ut reficiatur in Dno.
Basil. 22 Decemb. Anno 1553

S. Sulcerus

Viro praestantiss: pietate
et doctrina. summo Dno
D. meo colendiss:
et symmystae ex animo
dilecto

22 Decemb
1553

Bull.